SCtum, ſi quis v. gr. ad penſionem ſolvendam, vel libros emendos, &c. intra modum legitimum, filiofam. à patre ſtudiorum gratia ad Academiam miſſo, bona fide pecuniam crediderit, licet filius poſtea pecuniam illam citra creditoris culpam in voluptates & luxum inſumpſerit. *arg. 2. ibi aut in eam rem pecuniam accepit. C. h. arg. 7. §. 11. h. 1. §. 9. l. ult. de exer act. Enenck. de priv. parent. pr. 12. c. 3. n. 26. 5. ibi ſane ſi juſſu, &c. C. h.* Dolus ephori in re mandata magis patri præponenti, quàm creditori bona fide cum illo contrahenti nocere debet. *arg. 5. pr. ff. de Tribut. Action. arg. 1. §. 9. l. ult. de Exerc. act. Diſſ. An. Matth. de oblig. D. 9. th. 11.* Contra patris voluntatem ſtudenti filio à ſciente creditam pecuniam exigi poſſe ait *poſt gl. Bart. Menoch. & alios Caroc. de remed. contra ſententias Except. 87. n. 8. de jur. pub. l. 8. c. 7. n. 2. & 3.* negant: *Donell. ad 5. C. h in pr. Matth. de oblig. d. D. 9. §. 22. C. J. A. h. th. 5. n. 16.* quod Judicis arbitrio relinquendum, *Enenckel. de priv. par. priv. 7. c. 2. n. 3. maximè circa f. p. 441.*
z. *& ſeq. & priv. 12. c. 3. n. 12.* * (3.) ex perſona *CREDITORIS* ceſſat ut ſupra dictum *ad Q. h. t. pag. 193.* item ſi filiusfam. acciperet mutuum, & ſolveret illi, qui, ſi peteret, exceptione non ſubmoveretur. *7. §. 14. h.* Plura tradit *Mantic. de tac. & ambig. conv. l. 8. t. 7. Trentacinq. l. 3. t. de Solut. Reſ. 19. Molin de I. & J. D. 301. n. 6.* *NON* etiam Renunciatione filii, *arg. 7. §. 14. l. 38. de pact. junct. 1. pr. h. Fachin. l. 2. contr. c. 62. Hahn. ad Weſ. π. h. n. 3. verb. ac mortu. Chriſtin. vol. 3. dec. 35. n. 10.* ¶ licet juratâ, *arg. 7. §. 16. de pact. 5. C. de Legib.* etiam de jure canonico. *vid. Bach. V. 1. D. 20. §. 7. l. d. Enenckel. de priv. par. & lib. priv. 12. c. 3. n. 5. Hahn. ad Weſ. π. h. n. 3. fere in f. Barboſ. ad l. fin. n. 14. & 15. C. h. Zœſ. in Comm. π. h. n. 28. C. J. A. h. th. 12.* ¶¶¶ & ſecundum conſcientiam. *Hahn. d. t. n. 2. Zœſ. in Comm. π. h. num. 6. Enenckel. d. c. 3. num. ult. Lugo de I. & I. D. 25. ſect. 1. n. 3.*

DE PECULIO. XV. 1.

PEculium varia ſignificat: *vid. 5. §. 3. h. 16. pr. ad SCt. Trebell. 79. §. 1. de leg. 3. C. J. A. h. th. 2. n. 3. 9. §. 3. de jur. dot. 31. §. 1. de donat.* Hîc eſt quaſi patrimonium ſive univerſitas rerum, quam illi, qui in alterius ſunt poteſtate, à rationibus illorum, in quorum poteſtate exiſtunt, jure ſeparatam habent. *4. pr. 5. §. 2. & 3. l. 8.* Dicitur etiam quaſi patrimonium: *32. inf. pr. 39. 47. in f. h. §. 10. I. de action. vid. 182. de V. S. f. § f. de inoff. teſtam.* Univerſitas; *in l. 20. §. 10. de hered. petit. vid. 56. de R. V.* quæ naſcitur, creſcit, decreſcit & moritur; ac propterea homini ſimilis eſſe dicitur. *40. pr. h.*

A Eſt, vel * *SERVORUM*, *§. 10. I. de Action. 4. pr.* quod ſervi dominorum permiſſu ſeparatum à rationibus dominicis habent. *5. § f.* Hoc voluntate domini, accedente rerum traditione, ſervis conceditur, *l. 4. pr. 8.* ſolâ adminiſtratione ſeparatum pro lubitu revocabile. *8.*

a. * *FILIORUMFAMIL.* eſt vel * *MILITARE*